

dissipat. Und e diuerso scri-
 ptum est. Qui imponit stul-
 to silentiū iras mitigat. Cū
 autem multiloquo quisq; ser-
 uies linguā refrenare nequi-
 uerit. accidit vt rectitudinez
 iusticie tenere nequaq; pos-
 sit. Qd testat ppheta qui ait.
 Vir linguosus non diriget
 sup terrā. Hinc itez Salo-
 mon dicit. In multiloquio
 peccatum non deerit. Hinc
 Isaias ait. Cultus iusticie
 silentium videlicet indicās
 quia mentis iusticia desola-
 tur quando ab immodera-
 ta locutione non parçitur.
 Hinc Iacobus dicit. Si
 quis putat se religiosus esse
 non refrenans linguam suā
 sed seducens cor suū. huius
 vana est religio. Hinc rur-
 sus ait. Sit omnis homo ve-
 lox ad audiendū. tardus au-
 tem ad loquendum. et tar-
 dus ad iram. Hinc iterum
 lingue vim diffiniens adiū-
 git. Inquietum malum ple-
 na veneno mortifero. Hinc
 per semetipsam nos veritas
 ammonet dicens. Dñe ver-
 bū ociosum quod locuti fue-
 rint homines rationem red-
 dēt d̄ eo in die iudicij. Ocio-
 sum quippe verbum est. qd
 aut ratione iuste necessita-
 tis. aut intentione pie utili-
 tatis caret. Si ergo ratio de
 ocioso sermone expigitur. pē-
 semus que pena multilo-
 quo maneat. in quo etiam
 per noxia verba peccatur.

Qualiter ammonen-
 di sunt pigri. atq; ali-
 ter precipites.

Capitulum XXXIX

Qualiter am-
 monēdi sunt pigri.
 atq; aliter precipi-
 tes. Illi namq; suadēdi sunt
 ne agendi bona dum disse-
 runt amittāt. Isti vero am-
 monendi sunt. nedum bono-
 rū tempus incaute festinan-
 do preueniunt. eorum meri-
 ta immutent. Pigri namq;
 intinmandum est. qd sepe dū
 oportune agere q̄ possum⁹
 nolum⁹. paulo post cum vo-
 lum⁹ non valem⁹. Ipsa quip-
 pe mētis desidia dū agruo
 feruore n̄ accēdit. a bonorū